



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

38. An sit licitum pro vi tollenda recurrere ad Regia Tribunalia? Et infertur
incurrere in excommunicationem Bullæ Cœnæ Religiosum recurrentem ad
Regem, Proregem, vel Gubernatorem, vt vim sibi ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76442](#)

ria à iudice Ecclesiastico illata, quod ex ipso facto manifestè appetat, cùm appellationem admittant, sèque interponant ut examinet, an vis inferatur, necne, ergo, &c. Secunda conditio, ut licitum sit vim vi repellere, est, ut seruetur moderamē inculpata tutelamē moderamē autē inculpate rutea non seruetur dum laicus, aut Ecclesiasticus, aut Ecclesiasticus ad laicos indices recurrit, & appellationem interponit: ergo, &c. Probo minorem primò, quia non seruetur moderamē inculpata tutelamē quoties inuasus habet aliam viam euadendi ab inuacione, & iniusta vexatione ablique maiori, vel æquali damno, quam vim inferendo, ut pater in materia de homicidio patrato ad necessariam sui defensionem: sed in nostro casu inuasa competit alia ratio euadēdi absque maiori, vel æquali damno; potest enim recursum ad Ecclesiasticum iudicem habere, &c. in defectu vnius Superioris Ecclesiastici alium adire, iuxta factorum Canonum dispositionem, ut etiam in foro seculari, vnu & praxi litigantium receptum est. ergo, &c. Deinde licitum est vim vi repellere, quoties id fieri potest sine grauiori damno communī; sed in casu nostro etiam pars appellans molestias, expensas, &c. patetur, ut supponit Sotomaior, grauius damnum commune sequitur adeundo seculares iudices, nā Ecclesiastica iniuridictio violatur, & perturbatio in iudicis sequitur, & sicut innocens non potest aggressore occidere, quoties ex morte aggressoris graue damnum Recipublica sequitur; ita neque licitum erit seculares iudices adire, quoties libertati Ecclesiasticae graue damnum inde infertur, neque iudices laici possunt ex eadem ratione opprimum ad se ipsos recurrentem tueri, ergo, &c. Nec obstat dicere in tali casu libertatem Ecclesiasticam non laedi, cum laici iudices actus iniuridictionales non exerceant, sed solius innocentis protectionem extrajudiciale, & per viam extraordinariae cognitionis suscipiant. Nam respondeo hoc verbis asteri, sed re ipsa contrarium fieri, ut constat ex supradictis. Et reuera si in tali casu libertas Ecclesiastica non laderetur, Summus Pontifex, Collegium Cardinalium, aliique Primates Ecclesiastici, & sacra Rota Romana, ut patebit in fine huius tractatus, non detestarentur hanc proximam tuendī innocentes vi oppressos, sed laudibus efferrant, commendarent, & approbarent. An autem summus Pontifex, & alii hanc proximam approbent, consulant aduersarij Bullam Cœna, vel potius, quia ab ipsis eius verba alter exponuntur, rogent Summum Pontificem, ut ipsis de sua mente certiores facere dignetur, ut violandæ libertatis Ecclesiasticae periculum evident.

5. Et tandem urget tertio Sotomaior, & alii aduersarij, hanc proximam sustinendam esse. Primo ex consuetudine immemorabili, que licet non possit tollere omnem exemptionem Clericorum, potest tamen in aliquo casu particulari, ut esset in casu nostro de tollenda vi. Secundò, quia est consuetudo coniuncta cum fama priuilegij, que vaga & incerta etiam sufficit. Tertiò, quia talis consueto est mixta laicorum & Clericorum. Et tandem summus Pontifex hanc proximam scit & tolerat; ergo tacite cōsentit.

6. Respondeo ad primum, consuetudinem immemorabilem etiā in casu particulari, non valere, contra libertatem Ecclesiasticam, ut ego satis probavi in part. 4. tr. 1. resol. 1. & infra in hoc tractatu latius probabo, & patet ex c. Clericis, de iudicis, & alii iuribus rāclarē; ut neficiā quo pacto hæc opinio possit sustineri cum in dictis facris Canonibus summi Pontifices aperte damnent consuetudinem particularē circa aliquem tantum calum, tendentem contra immunitatem Ecclesiasticam. Vide infra resol. 21.

7. Ad secundum respondeo cum Suarez contra

Regem Anglie, lib. 4. cap. 34. num. 17. illam doctrinam non esse veram, sed tunc esse admittendam, quando cum consuetudine immemorabili coniungeretur constituta fama, & traditio, aequæ antiqua, & immemorialis, quod præcesserit priuilegium, & talis traditionis integræ probaretur. Sed hoc non accidit in casu nostro, ergo, &c. quod aperte confirmatur, nam Ceuallos inordicus sustinet non adesse, neque adfuisse tale priuilegium.

8. Ad tertium respondeo cum sapientissimo Valbo de Magroviejo in cap. 1. de foro compet. n. 6. tunc consuetudinem Clericorum & laicorum mixtam obliigate Clericos, quando dicta consuetudo non praedita sanctis Canonibus, vel ab ipsis non fuerit reprobata, quæ omnia accidunt in casu nostro ergo, &c. Vide domino infra in resol. 21. & in part. 4. tract. 1. resol. 66. vbi adduxi Suarez. Et tandem ad id, quod asseritur, adesse in hoc casu tolerantiam Pontificiam, & tacitum consensum, respondeo quod esset evidendum an talis tolerantia sit approbatua, vel tantum permisiva ad vitanda maiora mala & inconvenientia. Ita decisio Rotæ in antiquis 10. de consuet. &c. Surdus conf. 30. & alij penes me in part. 4. tract. 1. resol. quibus adde Cocheir in vind. libert. Eccles. p. 2. cap. 3. num. 18. asserunt in hoc casu Pontificem non solum tacite non consentire, sed potius singulis annis aperte reclamare in Bulla Cœna, & quo pacto quis dici potest tacite tolerare, si singulis annis expresse reclamat, ut supra dictum est. Ergo, &c. Et hac dicta sufficientia defensionis, causa aduersari ea quæ contra me ex doctissimo Salgado edidit ubi supra, non minus doctus Sotomaior. Vnde ex his pater etiam responsio ad ea quæ nouissime adducit eruditissimus Torreblanca in Praet. iur. spir. lib. 15. cap. 10. per rotum.

9. Non de nam tamen hic admotare cum Baldello in disp. Teolog. tom. 1. lib. 5. disput. 40. num. 13. & aliis, quod si pro facto Prelati & iudicis Ecclesiastici sit aliqua opinio probabilis inter Doctores, quia cum licet possit illam sequi, reuera, tunc nullā vim, aut iuriū facit subditu, si illam sequatur, ac proinde non poterit recurrere tanquam vi oppressus ad iudicem secularem, nec in tali casu poterit esse defensio, sed erit manifesta iniuria, & offendit, si repellatur ab illa sequenda. Et haec opinio contra Salgadum procedit, etiam si opinio pro subditu sit probabilior, nam ut alibi diximus probabiliter, potest iudex ferre sententiam secundum opinionem probabiliter, reliqua probabilior, neque de hoc in syndicatu secundum Sancium potest puniri, ergo, &c.

R E S O L . XXX VIII.

An sit licitum pro vi tollenda recurrere ad Regia Tribunalia?

Et inferior incurvare in excommunicationem Bulla Cœne Religiosum recurrantem ad Regem, Proregem, vel Gubernatorem, ut vim sibi illatum a suo Superiori tantum tollat. Ex part. 3. tract. 1. Resol. 53.

§. 1. **D**E hac questione egī in alio tract. de immunitate Eccles. resol. 13. & pro parte affirmativa adduxi plures Doctores, quibus nunc addo Auliam de censuris part. 2. cap. 7. disp. 2. dub. 5. Morlam in emporio iuriis tit. 2. q. 14. n. 4. Quintana Dueñiam Ecclesiast. lib. 1. c. 9. n. 14. Rodriguez de annnis reddit. lib. 1. c. 17. n. 6. Parladorum rer. queridian. lib. 3. differ. 9. §. 4. n. 24. Suarez de Paz, in praxit. 2. part. 1. c. 6. q. 1. n. 34. Simancam inst. Cap. t. 45. n. 35. Gutierrez præf. gg. lib. 1. q. 20. n. 1. & de iur. confir. part. 1. cap. 2. num. 26. Garciam de nobil. glossa 1. n. 25. Courruiam præf. gg. cap. 35. num. 3. Mexiam

Quæ hic est
supra Ref. 2.

Alibi in tomo 8. tract. 1.
Ref. 20. & 21.
& in aliis earum primum annotationum,
& in aliis politis in any. not. cius §.
Verum.

Sup. hoc in
fr. in Ref.
29. & in a.
liis eius am-
cessu.

Quæ hic sit
Ref. 2. & 74.
& in aliis
annotationum.

Quæ hic est
supra Ref. 21.
& in aliis
positis in any.
not. cius §.
Verum.

Sup. hoc in
tom. 8. tract.
1. Ref. 23.

Alibi in tomo 8. tract. 1.
Ref. 20. & 21.
& in aliis earum primum annotationum,
& in aliis politis in any. not. cius §.
Verum.

De Immunit. Eccles. Resol. XXXIX. 123

Mexicanus in leg. Regia Toleci de los terminos in 2. fundam. part. 2. num. 47. Velasum conf. 100. & hanc sententiam tenet etiam DD. Itali, ut Fuscus de visit. lib. 2. cap. 23. num. 5. & ex Dominicinanorum catalogo Michael Zanardus in directorio Theol. par. 3. c. 31. fol. mibi 197. vbi ait, Iudex Ecclesiasticus potest apud Principem laicum denunciarri, si aliqui etiam subditio violentiam inferat, in quo casu potest Princeps laicus reprimere vii cuiuscunq; factam.

2. Sed his non obstantibus non est recedendum
à negativa sententia Theologorum, quos in dicta re-
sol. adduxi, nec valet dicere, quod licet vim vi repel-
lere, & competit Regibus liberare vi oppressos de
manu calumniatoris. Ergo, &c. nam respondeo lici-
tum esse vim vi repellere, quando vis est clara, &
manifesta, nam si est dubia, semper pro Superiore
præsumendum est. Ergo in casu nostro iniustam vim
infert Prælatio Ecclesiastico iudex laicus, prætendo
illius iure suo, quod habet in casu dubio. Quod au-
tem vis in nostro casu sit dubia, patet ex ipso facto,
nam iudex secularis examinat, an facta sit vis, necne.
Ergo non supponit certam, & eidem violentiam;
ceteras rationes videbis nouissime apud Bonacinan
in expositione Bullæ Cœna tom. 3. dist. 1. q. 15. punt. 4.
§. 4. qui respondeat ad omnia argumenta, quæ adducit
Cœsalios in tract. de cognit. per viam violentia, &
Salgado de protectione Regia. Ex his infertur contra
Portel, & Hieronymum Rodríguez in compendio qua-
stionum regularium resol. 10. num. 14. incurrit in ex-
communicationem Bullæ Cœna Religiosum recur-
sorem ad Regem, Protagem, vel Gubernatorem,
vt vim sibi illatam à suo Superiore tantum tollat: vt
faciat iudex alios Superiores assignare pro sola vi
tollenda.

R E S O L . X X X I X .

*An aliquis Princeps habeat à Pontifice priuilegium in
causis violentia arcenda: Ex part. 3. tract. 1. Ref. 64.*

S. I. **H**oc p*rivilegium habere Regem nostrum Hispaniarum docet Bañez in 2, 2, q. 67. art. 1. Iulius Clarus lib. 5. vol. 9. 36. num. 26. Menochinus de retinenda posse*sione* remed. 3. num 55. & Cardinalis Bellarmi*nus* in tract. de Summo Po*p*osit*e* contra Berclau*m* cap. 35. col. 7. ver. addebat, & Suarez de immunit*e*. lib. 4. cap. 34. num. 43.*

2. Sed nouissime Ceuallos tral. de cognitione per
riam violentia gloss. 6. assert Regem Hispaniarum
non habere tale priuilegium, sed ex alia ratione hoc
efficere, ita pulchre obseruat Bonacina in Bull. Cœn-
tom. 3. disp. 1. q. 15. punt. 4. 6. 1. n. 17. dum proximi tri-
bunalis [de la fuerza] tueri, & à peccato, & censuſa
excusate conatur, excusationis causam assert, negan-
do Regem Hispaniarum, vel ipsius ministros ac ma-
gistratus hoc facere ex priuilegio, vel ex confutandi
priuilegio innixa. Ita Bonac. ibi ^{sapra} n. 3. assert
Principes priuilegium à Summo Pontifice habentes
exculari ab excommunicatione Bullæ Cœn aduocā-
do causas spirituales ad sua tribunalia, modo priuile-
gii formam seruent, & modo priuilegium reuocatum non
fit, iuxta ea qua ipse inferius docet.

RESOL. XL.

An aduocatio causarum spiritualium ad laica Tribunalia veletur sit, sub censura Bulle Cœna, si causa aduentus à iudicibus Sedis Apostolicae? Et quid dicendum, si iudices Ecclesiastici negligentes

Tom. IX.

Sint in huiusmodi causis cognoscendis? Ex part. 3, tf. I.
Ref. 55.

S.1. **A**ffirmatiū respondent Alterius, & Vgoli-
nus, quos citat, & sequitur Bonacina in
Bull. Cane tom. 3. diff. 19.15. primit. 1.n.7. quia Bulla,
vtitur his verbis: *ab auditoribus commissariis nostris
aliisque iudicibus Ecclesiasticis;* vbi notanda est illa
particula, *aliis*, que est repetitiva, & relativa simili-
lum, ex *capit. sedes, de rescripto, & ex liquidam relega-*
tus. ff. de rebus dubiis.

2. Sed ego contrariam sententiam teneo; & puto dictam aduocationem veritatem esse eiiamsi causae spirituales aduocetur ab aliis iudicibus Ecclesiasticis, & hanc sententiam tenet Illucius tom. 1. tr. 16. cap. 10. n. 250. Sousa in Bull. Cœn. cap. 15. n. 1. Durandus can. 14. q. 7. n. 1. & alij, & ad argumentum contrarium responder illam particulam non semper esse repetitiuam similium, ut patet in 1. si fundum sub conditione, q. si libertas, ff. de legatis 1.

3. Notandum est etiam hic obiter contra Couar-
ruuiam *præt. q. cap. 35.* Menochium de recuper. po-
fess remedio *3. n. 35. 6.* Diaz in *præt. crim. cap. 102.* Ce-
llulos, & alios, aduocationem cauularum spiritualium
ad laica Tribunalia veritatem esse, etiam si iudices Ec-
clesiastici negligentes sint in huiusmodi causis co-
gnoscendis. vide Reginald. *tom. 1. lib. 9. cap. 22.* *n. 328.*
Martam de iuris, part. 4. cap. 146. Duarenus *vbi sup.*
q. 8. n. 1. & alios communiter; nec valet dicere quid
in *cap. filii 16. q. 7. cap. si quis cum clericō 11. q. 1. cap.*
administratores, cap. Principes 23. quo conceditur re-
clamatio ad Principem in causa Ecclesiastica, nam
respondeo per illos textus possit Principem laicorum
admonere Ecclesiasticum de iniquitate administrata ju-
stitia, non autem posse aduocare ad se causam Eccle-
siasticam, vel die, vt ego alibi adnotauimus caronem
abrogatos esse in Bulla Cœnæ, & in *cap. qua nro de*
iudicio.

Alibi in Res-
not. præteri-
tæ & signan-
ter in eius §.
vlt.

RESOL. XLI.

Vtrum iudices laici aduocantes ad se causas Ecclesiasticas excusentur ex intolerantia Summi Pontificis? Ex part. 3. tract. 1. Rel. 56.

S. 1. **A** fitimatiū è respondet Coriolanus in *Bul.* Sup. hoc si-
Cen. ad finem, & alij quos citat Cœuallos prâ in Ref. 2.
in tract. de cognit. per viam violentia, glossa B. n. 4. prope finē
2. Sed nonissimum contrariam sententiam docet & in Ref. 3.
Bonac. in *Bul. Cen.* tom. 3. disp. 1. q. 15. punt. 4. §. 1. n. 5. & it. 8. Verit.
quia simplex tolerantia, saltem dum superior com- & in Ref. 30.
môde obstare non potest, priuilegium non inducit, s.vt. & in
ex cap. cum iam dudum, de proben. tum, quia nulla Rel. 37. §. Ad
adest tolerantia, cùm Summi Pontifices in Bullis Cœ- tertium. cur-
næ Domini excludant omnes prætextus. Vide Alter- dium ad me-
rium de censib. q. disp. 15. c. 2. col. 5. ver. animaduerit. dium, & in
Duardum in *Bul. Cen. can.* 15. q. 13. num. 11. Filliucum frâ in Ref.
tom. 3. tract. 16. cap. 10. n. 256. & alios, quos ego alibi 139. breuerit
citanu in tract. 1. de immunit. Eccles. in fine.

R E S O L . X L I I .

*An appellaciones, que dicuntur tuitiae, recte à indi-
cibus laicis in causis Ecclesiasticis concedantur: Ex
part. 1. tract. 2. Ref. 103, alias 102.*

S.1. **A** Firmatiam sententiam docet Humada l.3.
gloss. 4.tit.13.p.2. Azeuedus lib.1.recop. tit.6.
l.2.& latissime Pereira in tract. de man. reg. cap. 22. per
tot. cum multis aliis.